Nos Johannes de Grimaldis dns baronie et terre de buelio. Notum facimus universis presentes
litteras inspecturis. Quod nos visis et intellectis pactis et convencionibus factis habitis et initis
Inter Illustrem principem et dnm nrm dnm Amedeum Comitem Sabaudie. Ducem
Chablasii et auguste et in Ytalia marchionem ex una parte. Et fratrem nrm carissimum
ludovicum de Grimaldis tam suo nomine proprio quam nomine nro et ut procurator noster ex alta
Que quidem pacta et convenciones latius et plenius continentur et scribuntur in quodam publico
instrumento, super hoc recepto per Martinum de Calcibus notarium publicum, secretarium quod prefati
dni nri Comitis sub anno et Indictione presentialiter currentibus die secunda presentis mensis augusti
Ipsa pacta et convenciones laudamus ratificamus et tenore presentium pro nobis heredibus et
et successoribus nris [illegible] confirmamus. Promittentes per Iuramentum nrm tactis dei
evangeliis sacrosanctis et sub obligatione omnium bonorum nrorum mobilium Immobilium presentium
et futurorum pro nobis heredibus et successoribus nris Ipsa pacta et convenciones et omnia
et singula contenta in instrumentis superius designatis rata grata et firma ratas gratas
et firmas habere tenere attendere complere et Inviolabiliter observare et in nullo contra facere
vel venire seu venire vel facere volenti contrarium nullatenus consentire. In quorum
testimonium sigillum nrm una cum signeto manus nre proprie duximus presentibus apponendum
Datum barsalone die xviii. mensis augusti. Anno dni millesimo ccc lxxx viii°.

1.3 Ratification par Jean de Grimaldi de l’accord entre son frère et le comte de Savoie le 2 août pour lui rendre hommage, 18 août 1388. AD06, Ni mazzo 18 n° 10